Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26771
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Incipit prologus regule sancti benedicti abbatis. 1.

Ausculta o fili preceptum magistri et inclina aurem cordis tui. et admonitionem pii patris libenter excipe et efficaciter comple. ut ad eum per obedientiae laborem redeas. a quo per inobedientiae desidiam recesseras. Ad te ergo nunc meus sermo. Qui quis abrenuntians propriis voluntatibus. domino christo uero regi militaturus obedientiae fortissima atque preclara arma assumis. In primis quicquid agendum inchoas: bonum ab eo petia instantissima oratione deposcas. ut qui iam in filiorum dignatus est numero computare. non debeat aliquando de malis actibus nostris contristari. Sicut enim ei omnem pro bonis suis in nobis parendum est. ut non solum iratus pater suos aliquando filios exheredet. Sed nec ut metuendus irritatus malis nostris ut nequissimos seruos tradat ad penam qui eum sequi noluerint ad gloriam Dum sio. Erigamus ergo tandem aliquando excitante nos scriptura. ac dicente. Hora est iam nos de somno surgere. et aperiti oculis ad deificum lumen attonitis auribus audiamus quid nos admonet uox dicens. Hodie si uocem eius audieritis. no